



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Compendium Totius Tractatus De S. Matrimonij
Sacramento R. P. Thomæ Sanches E Soc. Iesv**

Sánchez, Tomás

Coloniæ Agrippinæ, 1624

30. Contractus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41559

puerile existimans; & sic in cæteris, *lib. 7. disp. 28. num. 6.*

Contractus.

1 Contractus alij à donatione, vt venditio, permutatio, valent inter coniuges, *lib. 6. disp. 1. num. 11.* Item contractus conditionalis obligat ante conditionis euentum, ita vt resiliere non liceat, *lib. 5. disp. 6. n. 8.*

2 Contractus, quo aliqui se obligant cum certa pœna sub conditione pendentis à voluntate Principis, non obligat, nec pœna, *li. 5. disp. 5. num. 9.*

Copula.

1 Copula vi extorta post matrimonium ratum intra bimestre cõsummat illud, potest tamen sponsa vi oppressa ingredi religionẽ, manente vinculo matrimonij, nisi fuerit sequuta proles. Idem dicendum, quãdo fuerit cognita metu graui, *l. 2. disp. 22. à n. 4. vsque ad 12.*

2 Sponsus, inuitâ sponsa copulam extorquens intra bimestre, non potest ingredi religionem. Item dicendum, quando ante matrimonium consummatum tradidit alteri deflorandam. Quod intellige, quando aliàs non potest iniuria sufficienter sarciri. Si tamen defacto ingrediatur, dissolutũ manebit vinculu matrimonij, & sponsus cogens intra illud bimestre, peccat mortaliter, licet non affirmet, velle religionem ingredi, nec ingressum præmeditetur, *lib. 2. disputat. 22. numer. 8. 9. c. 5.*

3. Vtrum